

agris aut etiam in domibus ac possessionibus rite servatur, quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum est, ut, quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur? Et ideo si viri post longam captivitatem reversi ita in dilectione suarum coniugum perseverant, ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum est et inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit, et restituendum est, quod fides poscit. Si autem aliquae mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captae, ut malint his cohaerere quam ad legitimum redire consortium, merito sunt notandae, ita ut etiam ecclesiastica communione priventur, quae de re excusabili contaminationem criminis elegerint, ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio potuit expiare. Redeant ergo ad suum statum voluntaria redintegratione coniugia neque ullo modo ad opprobrium malae voluntatis trahant, quod conditio necessitatis extorsit, quia sicut hae mulieres, quae reverti ad viros suos nolunt, impiae sunt habendae, ita illae, quae in affectum ex deo initum redeunt, merito sunt laudabiles iudicandae.

a) deo Si.

Collectio Herovalliana 54, 21

[Iv fol. 97r; Pb fol. 121v; Pc fol. 149v-150r; Pd fol. 46r; Pe fol. 78r; Po fol. 21v]

IN EPISTOLA PAPAE^a LEONIS^a AD NICETAM^b EPISCOPUM CAP. L^c.

Cum per bellica^d clade^d devidantur coniugia et mulieres, quae remanserint destitutae^e viris suis^e aut interimos putent aut numquam reversurus^f et soletudine cogente in alio^g coniugio transierint et illi^h, qui putabantⁱ perisse revertantur, tunc remotis malis, quae hostilitas intulit, unicuique, quod legitime^k habuit, reformetur. Nec tamen culpabiles^l iudicetur ille^m, qui personam eius mariti, qui iam non esse existimabaturⁿ, assumpsit. Si vero aliquae mulieres mallent^o cum his^p viris^p coherere quam ad legitimum redire coniugium, merito sunt damnandae, ita ut communione priventur, quia ipsae sibi ostendunt^q pro sua incontinentia^r non pro necessitate^q et non eis placuisse, quod haec remissio potuit expiare. Redeant ergo ad suum rectum voluntaria redintegratione coniugia^s absque ullo obprobrio, quia sicut hae mulieres, qui^t reverti ad viros suos^u nolunt, impii^v sunt habendae, ita illae, quae in affectum ex deo in nitore^w rediunt, merito sunt^x laudabiles^y iudicandae.

a-a) LEONIS PAPAE *PePo*. b) Nicetum *Pc*, Nicetium *PePo*. c) I. *PePo*.
d-d) bellicam cladem *PbPePo*, bellica claude *Pc*. e-e) viris suis destitutae